

Revisio nomenclaturae Nymphaeacearum, in Hungaria spontanearum.

Auctore: **Dre Ludovico Simonkai** (Budapest).

Gen. I. **Nymphaea** (L. gen. V. (1754) ex parte) SALISBURY in KONIG et SIMS. *Annals of bot.* II. (1805) p. 71. — [*Nuphar* SMITH ap. SIBTH. *Prodr. fl. graec.* I. (1808) p. 361.]

Diagn.: «Calyx 5—6 phyllus, toro insertus, petaloideus. Nectaria 11—16, toro inserta, lamellaria, dorso mellifera. Filamenta 90—160, toro inserta, sub anthesi a pericarpio elasticè dissilièntia. Pericarpium superum, 11—16 loculare, in partu putrescens. (Id est: in *partes putrescens*.) Semina 140—200, parietibus sessilia, nuda. *Flores flavi, ranunculacei pedunculis crassis.* Nomen antiquum THEOPHASTI». SALISB. l. c. 71.

(THEOPHRASTUS hanc «*Νύμφη*» nominavit et in limnosis lacus «*Orchomeniensis*» nasci prodidit.*) Confer: «THEOPHRASTI ERESH De Historia Plantarum, ed. 1644 p. 1104»).

Spec. 1. **Nymphaea lutea** L. spec. plant. ed. I (1753) p. 510, Nro 1. — Magyarice: *Töklincs*.

[*Nymphaea umbilicalis* SALISB. in KONIG et SIMS l. c. (1805) p. 71. — *Nuphar luteum* SMITH ap. SIBTH. l. c. (1808) p. 361. — *Nymphaea sericea* v. *asericea* BORB. Balaton flor. (1900) p. 394.]. — Typus hujus stirpis aquas staquantes planitiarum Hungariae ornans, habet *folia natantia*, scapos petiolosque glabros, aut nonnunquam, — modificationis extemporalis causa —, plus-minus puberulos. Nomen specificum: «*Nuphar sericea* LÁNG in REICHB. *Iconogr. bot.* II (1824) p. 9 tab. 120», [LÁNG in SYLL. Ratisb. I (1824) p. 180], omnino obliterandum, significat nam. — testibus speciminibus originalibus ab ipso auctore LÁNG, atque ab amico ejus GERENDAY, in loco classico «in inundationibus Danubii ad opp. Vác» lectis —, *N. luteae* L. stadium florendi illud, quum stigmatis maturi *radii viscidii a polline* (sub microscopio pulchre aculeolato) abunde *conspersi* sunt. Stigma horum speciminum non est tam manifeste dentatum, quam ex *icone mala Reichenbachiana* cogitas; est solum undulatum et aliquid denticulatum. Radii stigmatis non sunt *pilis sericei*. — sed solum polline conspersi: *scapi* et *petioli* non sunt lepidoto-sericei, — sed solum *incrustatione limosa albicantes*. Ob hanc rem, etiam synonymon ejus, id est: «*Nymphae lutea* var. *puberula* f. *sericea*» SCHUSTER in Bull. herb. Boiss. 1908 p. 69, — obliterandum.

var. *erecta* SIMK. [*Nuphar sericeum* v. *erectum* SIMK. in NÖV. Közlem. 1906 p. 148]. Haec habet folia minora, non natantia sed in aëre erecta, scapum *palmarem* usque sesqui-palmarem, — equidem

*) Adnotavit: L. SIMONKAI.

erectum, *florem* fructumque illo typi *N. luteae* evidenter minorem etiam rhizoma ejus debilior. Vegetat etiam hodie in fluvii *Sebes-Körös* ramis subaquosis, ad pagum *Körös-Szakál*. Pro synonymo varietatis meae habes: *Nuphar pumilum* NYM. consp. 23, ex *Hung.* commemoratum.

Gen. II. **Castalia** SALISBURY in KONIG et SIMS. Annals of bot. II. (1805) p. 71. — Magyarice: *Tündérrózsa*, seu *Tavirózsa*.

[*Nymphaea* SMITH ap. SIBTH. prodr. Flora graec. I. (1808) p. 360, — ex ipso auctore, quia l. c. *Castaliam* SALISB. Ann. of bot. II. 71. pro synonymo generis suae *Nymphaeae* citat et certat. *Linnaeus* in opere ejus «*Genera plantarum*» V. (1754) p. 227 sub nomine «*Nymphaeae*» tria genera confudit, confuseque dignovit, nempe: genus *Nelumbo* AD. (*Nelumbium* JUSS. gen. pl. ed. USTERI (1791) p. 76, *Cyamus* SALISB. l. c. (1805) p. 75); genus *Nymphaea* (L. ex parte) a SALISBURY l. c. emendatum; denique genus *Castalia* SALISBURY l. c. (1805) p. 71].

Diagn.: «Calyx 4—5 phyllus, marginem tori cingens. Petala 20—30, pericarpis a basi usque ad medium inserta. Filamenta 60—150, pericarpio altius inserta, libera. *Pericarpium* 12—20 loculare, in partu putrescens. Nectarium 1, centro stigmati sessile, globosum. Semina 200—300, parietibus sessilia folliculo cincta. *Flores albi, rubri, coerulei, Magnoliarum aemuli: hos vero per noctem sub aqua descendere certo est fabula anilis. Quasi ob pudicitiam, uterum totum petolis occultant species hujus generis: itaque Castalias dixi*». SALISB. l. c. p. 71—72.

Spec. 1. **Castalia speciosa** SALISB. l. c. (1805) p. 72. — [*Castalia alba* WOODVILLE et WOOD. in REES Cycl. VI anno 1806. — *Nymphaea alba* L. Spec. pl. ed. I. (1753) p. 510, ex parte, scilicet quoad stirpem Europae. Americana stirps *Nymphaeae albae* L. l. c., hodie sic est nominanda: *Castalia odorata* [DRYANDER in AIT. Hort. Kew. II. (1789) p. 227 sub *Nymphaea*] WOODVILLE et WOOD in REES Cycloped. vol. VI. (1806) Nro 1. — Synonymon hujus Americanae stirpis est: *Castalia pudica* SALISB. l. c. (1805) p. 72].

Tres hic. speciei hujus collectivae proles, area geographica secertas distinguo:

prol. 1/a *Castalia alba* [L. Spec. l. c. ex minima parte, sub *Nymphaea*] LINK Handbuch vol. II (1831) p. 405.

[*Nymphaea alba* l. *polystigma* CASP. in Oest. bot. Zeitschrift XIII. (1863) p. 188 (rectius p. 288); in Annal. mus. bot. lugd-bot. II. (1865—1866) p. 250].

Dignoscitur jam a cl. LINK l. c. «stigmati 16—20 radiato; item a CASPARY l. c. «carpellorum numero 8—24». — Floribus fructibusque majoribus, necnon area geographica — «Europa media» — a sequente prole discernitur. Valde variat fructuum forma, atque fructibus in una statione virescentibus, in altera vero rufescentibus. Ex his ejus variationibus e Flora nostra adhuc erui:

var. *venusta*. [*Nymphaea venusta* HENTZE Bot. Zeitung 1848

p. 699). Dignoscitur fructu depresso, in sectione perpendiculari fere reniformi, pericarpio cicatricibus staminorum alte obsito. Floribus magnis, speciosis; petalis sat latis. Legi hanc in aquis stagnantibus silvae Csálla, ad oppidum Arad.

prol. 1/b *Castalia minoriflora* (BORB.) SIMK.

[*Lenconymphaea alba* v. *minoriflora* BORB. exs.!; BORB. in Balaton Flor. (1900) p. 394, cum diagnosi insufficienti. — *Nymphaea alba* var. *candida* BORB. exs.!; BORB. in Bot. Centralbl. 1881 p. 422, — non PRESL.].

Proles haec Hungariam australiorem, terrasque adjacentes inhabitans, a praecedente distinguitur: *floribus fructibusque minoribus*, *petalis* sepalisque *angustioribus*, acutioribusque, *radiis stigmatis* paucioribus, plerumque 14-nis. Vidi adhuc ex Hungaria: Budapest, secus rivulum Rákos; Hévviz ad Keszthely (BORB.!); Vésztő (BORB.!) Apáczsa, in cottu Brassó; Rétyinyir (Moesz!) in cottu Háromszék.

prol. 1/c *Castalia candida* (PRESL.) SIMK.

[*Nymphaea candida* PRESL. in Roslinář (1~21) p. 10 tab. 2 fig. 1—4; PRESL. Deliciae pragenses (1822) p. 225. — *Nymphaea alba* H. *oligostigma* CASP. in Oest. bot. Zeitschrift XIII. (1863) p. 188, — rectius p. 288 et in Annal. mus. bot. lugd-bot. II (1865—66) p. 250].

Dignoscitur haec proles, — «Bohemiam» terrasque adjacentes et praecipue ditionem Europae magis borealem, imprimis ditionem fluvii *Albis* inhabitans, a praecedentibus notis sequentibus: «*stigmatum radiis latioribus*, *paucioribus* (8—13), *petalisque* latis *obtusioribus*» Synonymon: «*Nymphaea alba minor* BESLER Hortus EYSTADT. Ordines vernaes, ord. VII. tab. 3 fig. II.» est oblitterandum, nam in icone ejus stigma occultum est, nec dedit descriptionem, nec indicat habitationem illius spontaneam. Ceterum *Castalia odorata* (DRYANDER) WOODW. et WOOD in REES Cyclop VI. (1806) Nro 1. prioritatem habet ante *Nymphaeam albam* ?) Dc. Syst. nat. II. (1821) p. 56, atque ante *Nymphaeam minorem* Dc. Syst. nat. II. (1821) p. 58. Postrema synonymon est *Castaliae odoratae* (DRYANDER).

Typicam *Castaliam candidam* (PRESL.) ex Hungaria, adhuc non vidi.

Spec. 2. ***Castalia thermalis*** (Dc. syst. II. 1821 p. 54 sub *Nymphaea*) SIMK.

[*Castalia Lotus* (L.) WOODWILLE et WOOD (1806) ex parte — *Nymphaea aegyptiaca* OPIZ in Naturalientausch 1825 p. 216, tam ex diagnosi, quam ex specimine OPIZII originali. (Fide DOMIN et A. DEGEN!) — *Leuconymphaea lotus* BORB. Balaton Flor. (1900) p. 394 ex parte. — *Nymphaea lotus* var. *aegyptia* form. *thermalis* TUZSON in Akademi. Értesítő XXV. (1907) p. 32 tab. I—IV; Elők világa 1907 p. 394 cum figura. — *Nymphaea Lotus* L. spec. ed. 1753 p. 511, — ex parte].

Nymphaea Lotus L. l. c. dignoscitur «foliis cordatis dentatis. Fl. zeyl. 194». Ex citatione «Fl. zeyl. 194» prima atque ex citatione: «Tamara. Rheed mal. 11 p. 59 t. 30», nomen specificum «*N. Lotus* L. ex parte», pro specie zeylonica malabaricaque est reservandum, pro specie illa, quam WILDENOW in LINN. Spec. II. (1799) p. 1154, nomine «*Nymphaeae pubescentis*», BLUME autem Bijdr. 48, nomine «*Castaliae pubescentis*» praedidit, — quamque ego hic nomine *Castaliae Lotus* (L. l. c. ex prima citatione) SIMK., saluto. Ex exemplari uno herbarii *Linnaeani*, atque ex citatione ejus «*Lotus aegyptia* ALP. aegypt. 103» *N. Lotus* L. pars altera. est stirps illa, quam beatus KOTSCHY, in ejus *exsiccatis*: «Iter Nubiicum. Nro 168. In aquis stagnantibus prope montem Cordofanum Arasch-Cool 1839 okt. 12» sub nomine «*Nymphaeae Lotus*» distribuit.

Stirps haec *Nubiaca*, illa eadem, quam nostra *Nymphaea thermalis* DC. hungarica est, — habet nam: foliorum, penitus evolutorum, *laminam natantem* margine *acuminato-dentatam*, *facie nitidam*, dorso *glabram*, summum ad incisuram basalem *aliquid puberulam*, necnon *scapum ad torum floris usque glabrum*, aut solum pilis, paucis, minimis praeditum.

Diversa est a stirpe *Castaliae* illa, quam *Sieber*, alique postea botanici, in territorio *deltae fluvii Nili* legerunt, quamque ego, in BUNYITAY: Nagyvárad természettudományi 1890 p. 93, 95, sub nomine «*Nymphaea aegyptica*» publicavi. Censeo hanc hodie solum pro varietate *Castaliae thermalis* (DC.), — atque sic nomino et distinguo:

C. thermalis var. *aegyptica* (Simk. l. c. sub *Nymphaea* et pro spec. — *Nymphaea Lotus* v. *trichoscapa* BORB. Balaton flor. 1900 p. 140).

Dignoscitur varietas haec a typo: *scapo ad torum floris*, cum *basi sepalorum, dense pubescente*.

Tertia pars *N. lotus* L. l. c. ex uno exemplario herbarii *Linnaeani*, atque ex citatione «*Nymphaea indica*, flore candido, folio in ambitu serrato. SLOAN jam. 120 hist. I p. 252», — est species *americana*, quae hodiernae hoc fert nomen specificum:

Castalia odorata (DRYANDER in Ait. hort. Kew.) WOODWILLE et WOOD l. c.

Castalia mystica SALISB. l. c. (1805) p. 73, — etiam collectivum est nomen, amplectuntur nam sub illo, species duae, nempe: *Castalia thermalis* SIMK. et *C. Lotus* SIMK.

Adn. — Sub sole apud nos, in aquis calidis, sequentes duae species exoticae etiam coluntur, — ad *Keszthely* et *Tatatóváros*:

† *Castalia coerulea* (SAVIGNY sub *Nymphaea*) TRATT in Flora 1882 p. 604. — Et,

† *Castalia rubra* (ROXB. sub *Nymphaea*) TRATT. l. c. p. 595.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Ungarische Botanische Blätter](#)

Jahr/Year: 1908

Band/Volume: [7](#)

Autor(en)/Author(s): Simonkai Lajos [Ludwig]

Artikel/Article: [Revisio nomenclaturae Nymphaeacearum, in Hungaria spontaneorum. 129-132](#)